Fragmentarium

Zur dominus omnipotens. Dirigatur
oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo domine.
Eleuatio manuum mearum ſacrificium ueſpertinum.
In illo. Cum intraſſet ihesus iheroſolimam
commota eſt uniuerſa ciuitas dicens: math
Quis eſt hic? Populi autem dicebant. Hic
eſt ihesus propheta a nazareth galilee. Intrauit
ihesus in templum dei. et eiciebat omnes ven
dentes et ementes in templo. et menſa
nummulariorum et cathedras uendentium co
lumbas euertit. et dicit eis. Scriptum eſt.
domus mea: domus orationis uocabitur.
Vos autem feciſtis illam ſpeluncam latro
num. Et acceſſerunt ad eum ceci et clau
di in templo et ſanauit eos. Videnteſ au
tem principes ſacerdotum et ſcribe mirabi
lia que et pueros clamantes in templo.

it foras: extra ciuitatem in bethaniam [illegible]
et docebat eos: de regno dei. Of. In te ſpera
ui domine dixi tu es deus meus in manibus tuis
tempora mea. Secreta.
Oblatis quesumus domine placare muneribus.
et a cunctis nos defende periculis. Per. Co.
Exaudiſti me cum inuocarem te deus iuſticie mee
in tribulatione dilataſti me miſerere michi domi
ne et exaudi orationem meam. Post communionem
Queſumus omnipotens deus illius
ſalutaris capiamus effectum cuius
per hec miſteria pignus accepimus. Per. Sup.
Aſcendant ad te domine pre Oratio.
ces noſtre et ab eccleſia tua cunctam re
pelle nequitiam. Per. Feria quarta.
Reminiſcere miſerationum tuarum domine et
miſericordie tue que a ſeculo ſunt ne umquam

License: public_domain – Leuven, Archief van de Abdij van Park, VIIIB20/21, fol. [2]v-[1]r – Missal (https://fragmentarium.ms/view/page/F-jmq0/6526/55835)